Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Summulae s. introductio ad logicam - Cod. Ettenheim-Münster 231

Knaebel, Anton

[S.l.], 1718

Erklärung philos. Termini

urn:nbn:de:bsz:31-127287

Visual Library

+

Valde utilis explicatio et demonstratio pro meliore quorundam tnorum, qui sæpius recurrunt, intelligentia.

Absolute significat universim sine exceptione, sine comparatione.
Relate seu comparate sficat rem cum alia comparatam: sic V. G. Pigmeus est parvus absolute, sed magnus comparatione ad iudicem.
Adæquate sficat idem, quod totaler.
Inadæquate sficat idem, qd partialiter.
In actu primo dicitur esse illud, qd hbt potentiam vel aptitudinem ad aliquid: sic Rhetor in actu primo est Logicus.
In actu 2do dicitur esse illud, qd actu denominationem hbt ab aliqua forma sibi unita sic ille, qui callet locum in actu 2do, est Logicus.
In actu exercito seu implicite dicitur aliqd opus fieri, qd sine reflexa intentione exercetur: sic quicunque peccat mortaliter, in actu exercito vicit damnari.
In actu signato seu reflexe dicitur opus fieri, quando opus illud cum expressa intentione fit.
In sensu composito alicui convenit denominatio, quæ tribui potest alterutri ex coniunctis sic mendicus et Cæsar sunt divites in sensu composito.
In sensu diviso tantum Cæsar est dives non mendicus, quia denominatio divitis Cæsari tantum non mendico, si divisim accipiuntur, tribui potest.
Essentialer convenit alicui rei, ita, ut sine illa non esset talis res sic posse ratiocinari essentialer quenit homini, quia sine posse ratiocinari non esset homo.
Accidentaler convenit, qd ita convenit, ut eo ablato nullo modo afferatur essentia rei, taliter pariete quenit albedo.
Directe intendi dicitur illud, qd maxime per se et ratione sui intenditur.
Indirecte intendi dicitur illud, qd ratione et ratione alterius, cum quo connexum est, intenditur, sic qui accendit candelam ut videat directe intendit lucem, indirecte calorem cum luce iunctum.
Ut quo est tnus, qui quenit actioni, per quam aliquid producitur unioni per quam

IV

aliquid connectitur cognitioni, per quam aliquid cognoscitur
Ut quod dicitur illud, quod producitur, quod connectitur, quod cognoscitur
Atque haec de varia terminorum acceptatione dicta
sufficiant.